



Wd. 67.







DISPVATIO INAVGVRALIS,
DE
VI LEGIS IN PRAE-
TERITVM,

Occasione L. 7. C. de LL.

GERMANICE :

Don der Krafft derer neu-errichteten rechtli-
chen Gesetze ; Wie weit sich solche in allen Rechten auf
die Fälle der vorigen Zeiten erstrecken.

QVAM

AVTORITATE INCLYTI ICTORVM SENATVS,
PRAESIDE
VIRO MAGNIFICO ATQVE PRAE-NOBILISSIMO,
D O M I N O
NIC. CHRISTOPH. LYNCKERO,
ICTO FAMIGERATISSIMO,
CONSILIARIO DVCVM SAXONIAE SPLENDIDISSI-
MO, ANTECESSORE HAC IN SALANA EXCELLEN-
TISSIMO, COLLEGII IVRIDICI SENIORE, CVRIAE
PROVINC. SCABINATVS AC FACVLTATIS IV-
RIDICAE ASSESSORE GRAVISSIMO,
DN. PATRONO AC PRAECEPTORE AETERNVM DEVENERANDO,
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES, EORVM-
QVE PRIVILEGIA RITE CONSEQVENDI,
PVBLICAE ERVDITORVM CENSURAE SVMMITTIT
CHRISTIANVS HIERONYMVS Mühlpsfort /

IENENSIS.

DIE IVNII A. 1681. AVDITORIO ICT. HORIS ANTE ET POMERID.

IENAE, Recuf. apud IO. BERNHARDVM HELLERVM, 1733.

DEI PATRI IN CHRISTO
DE
VILLEGIS IN PRAE
TERTIA

DEI PATRI IN CHRISTO
DE
VILLEGIS IN PRAE
TERTIA

DEI PATRI IN CHRISTO
DE
VILLEGIS IN PRAE
TERTIA

DEI PATRI IN CHRISTO
DE
VILLEGIS IN PRAE
TERTIA

DEI PATRI IN CHRISTO
DE
VILLEGIS IN PRAE
TERTIA

DEI PATRI IN CHRISTO
DE
VILLEGIS IN PRAE
TERTIA

DEI PATRI IN CHRISTO
DE
VILLEGIS IN PRAE
TERTIA



* (3) *

~~~~~  
~~~~~

THES. I.



Sicut juris nostri Coryphaeus BARTOLVS in *L. omnes. ff. de J. J. n. 39. QVOTIDIANAM MAXIME QVE VTILEM*: ita BENEDICTVS DE CAPRA *Reg. 6. n. 1. SPINOSAM, & PROSPERVS FARINACIVS P. 2. Fragm. Crim. voc. LEX. n. 1. ARDVAM* vocant quaestionem: *Utrum Lex ad futura solum, an quoque ad praeterita negotia, & quando trabatur?* Ita quidem ut operosa hoc de argumento confecta commentatio JACOBI DE BELVISO, qui doctrinae prudentiaeque gloria excellentissimus Jctorum dici meruit, rigorosum & obscuritatis & imperfectionis iudicium pati a Bartolo debeat.

Th. II. Equidem qua regulam est suffragante veritatis ratione ab Imperatoribus THEODOSIO & VALENTINIANO in *L. 7. C. de SS. Eccles. CANONISTA C. 2. & ult. x. de Const. ZASIO in L. omnes populi. ff. de J. J. n. 33. CARDINALI TVSCHO P. 5. Pr. Concl. 264. L. CONNANO L. 1. Comm. J. C. cap. 9. n. 8. TABORE in addit. ad Barbof. L. 10. axiom. 40. cap. 10. aliisque Dd. communiter assertum: *Leges futuris dare formam negotiis, ad praeterita autem facta non revocari.* Recolamus enim, qua par est, mente, quod omnis omnino vis & evēgyea legis proficiatur a voluntate Legislatoris; a §. 6. l. de J. N. G. C. l. 12. §. 12. §. 1. ff. *Qui & à quib. man.* Qui non censetur voluisse praeterita subditorum suorum facta destruere, & ex istis quaesita jura nova legis subsidio violare,*

aut penitus extinguere. *a. l. 2. §. 16 ff. Ne quid in loco publi.*
 Et ideo fortasse, quoniam hoc in principali potestate mi-
 nime positum : *L. 2. C. de Prec. Imp. off. l. 3. C. de Res. Vend.*
 Cum suum cuique tribuere, neminemque laedere naturalia
 præcepta exigant : quibus Princeps æque ac vilissimus ho-
 minum constringitur. Revolvamus, esse virtutes legum
 imperare, vetare, punire : *l. 7. ff. de LL.* Esse legem com-
 mune præceptum, Virorum prudentum consultum, deli-
 ctorum quæ sponte vel (culpabili) ignorantia contrahun-
 tur, coercitionem, *l. 1. ff. eod.* & tanquam custodem vitæ
 nostræ ac Medicum, dum mala, partim ne oriantur, ac in
 communem vitam promanent, impedit, partim vero,
 quæ mala occulta sunt, insinuanterque irrepserunt, eorum
 noxam corrigit, ac velut radicitus vitiositatem evellit. *No-
 vell. Leon. 1. Proæm.* Esse tandem justorum & injustorum
 regulam, bonis & malis præsidem, præptricem facien-
 dorum, prohibetricem fugiendorum. *L. 2. ff. de LL.* Quo-
 modo hæc ad præterita ? Ubi Obligatio ? Quæ sine scientia
 ejus, qui obligari debet, non conficit, ex communi cano-
 none : Ubi nulla legis cognitio, ibi nulla est prævaricatio.
 Hinc & ante factam promulgationem lex obligandi vi caret.
 Cum ista sit nostrarum actionum norma, secundum quam
 operari quis neque debet, neque potest, nisi normæ illius
 habeat notitiam. v. *PVFENDORE. Elem. J. U. lib. 1. Def. 13. n. 10.*
 Unde, quæso, pœna ? quæ pro eo, quod b. f. gestum neu-
 riquam imponitur. *l. 71. §. 3. ff. de argo. hered.* Siquidem
 is demum facit contra leges, pœnaque dignus, qui id facit,
 quod lex prohibet, vel omittit, quod præcipit. *L. 29. ff. de
 LL.* Quomodo autem ante legem vel Statutum quisquam
 divinare potuit fore, ut hoc vel illud prohibeatur, præci-
 piatur. Hæc omnia verissime.

Th. III. Nec vero contrarium evinces dicendo, esse virtutem legis permittere, *l. 7. ff. de LL.* idque de præteritis negotiis æque ac futuris prædicari. Sic enim multa Conjugia illicita per conniventiam admitti testatur *Tab. in armam. p. 340.* Quinimo, ad præterita quoque facta legem trahi, constare ex testimonio Ulpiani in *L. 22. ff. d. r.* Cum, ait, *Lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.* Hæc enim Principalis permissio & indulgentia meretur potius personalis dici constitutio, quam lex proprie sic dicta, quippe quæ non in personas singulas, sed generaliter constituitur. *L. 8. ibique gloss. ff. de LL. L. 1. ibi: commune. ff. eod.* Nec est nobis hic in thesi sermo de eo, quod justis ex causis fieri potest, ut in allegata *l. 22.* sed quod ex communi legis natura factum intelligitur. *I. Sarm. l. 3. Select. interpr. C. 14. n. 5.*

Th. IV. Eaque procedunt in quacunque legis s. juris specie; h. e. sive Lex sit Secularis, *L. 7. C. de LL.* sive Ecclesiastica; *C. 2. & fin. x. de Const. l. 22. §. 1. C. de SS. Eccl.* sive universalis, sive localis; BARTOL. in *l. omnes. ff. de J. J. BARBOS. l. 17. c. 49. ax. 3.* & MASCARD. de *interpr. stat. Concl. 13.* sive jus scriptum, sive non scriptum, *a. §. 9. ibi: legem imitatur. I. de J. N. G. C.* sive lex Moralis, sive saltem civilibus actionibus formam præscribens; *l. 17. C. de Fid. instr. sive Civilis, sive Criminalis. FARINAC. P. 2. Fr. Crim. fol. 216.* Obtinent in Edicto, *a. l. 1. ff. de Const. princ.* Rescripto, *CVMAN. Conf. 159. pr.* Decreto communi; *a. l. ult. C. de LL. I. Habn. ad W. n. de Const. n. 1. p. 90.* in omni breviter, quod legis appellatione dignum venit. Idque tum ex generalitate textuum, qui generaliter loquentes generaliter & indistincte sunt intelligendi: *l. 8. ff. de Publ. act. l. 15. & ult. ff. de Test. mil.* tum ex rationum identitate, hæc enim anima legis est, jurisque paritatem inducit: *BORCH. de pact. C. 4.*

19. 13. tum denique, quod omnes omnino Species totalem generis sui formam in se conuincant. B. DN. STAL. P. 2. *Disp. 12. Reg. 13.*

Th. V. Sunt autem *facta præterita*, quæ sua, h. e. lege statutoque expressa, aut usu quotidiano recepta *perfectiōne* constant, eaque siue *absoluta*, siue *secundum quid valē*. ILLA est, quæ in formali proprioque conceptu summam perfectitudinem importat. l. 1. ff. de O. J. Cujusmodi inest Citationi non rite modo conceptæ, sed & legitime per insinuationem scilicet, relationem nuncii, ejusque registraturam ad acta, executioni datæ. Item Emphyteusi non legitimo solum consensu contrahentium constitutæ, verum etiam, quæ jus in re, traditione vera vel quasi completæ. HÆC, quæ quidem, si in sit, factum perfectum reddit, sed non simpliciter perfectum. Vel, ut B. DN. STALIVS. *Inst. Metaph. C. 38.* ait: *quæ in proprio formalique conceptu perfectiōnem importat, sed imperfectiōni admixtam.* Quo pertinent delicta inchoata, sed non consummata, vel alia quæcunque negotia, quæ quidem *ratione essentia sue* sunt de præterito, h. e. ante legem novam facta, attamen consummationem suam suosque effectus expectant *ab actu* post novam legem futuro, eoque *non extensivo*. Sic emptio venditio simul ac de certo justoque precio convenerit, etiamsi illius numeratio, rei que venditæ traditio post novam legem fiat, est longe perfectissima, adeoque ex factis præteritis. l. 2. ff. de *Contr. empt. pr. I. de Empt. Vend.* Idem perfecta omni que robore instructa habetur donatio, modo voluntatem suam donator scriptis aut sine scriptis legaliter manifestaverit, suspensa licet traditione, à qua consummationem suam accipit. §. 2. I. de *donat.*

Th. VI. Notanter dixi: *quæ sunt de præterito ratione essentia.*

essentia. Multa enim facta sunt de præterito qua fieri, non qua esse. Cujusmodi ad regulam nostram nequaquam referuntur. Sit exemplo actus successiois. Qui est de præterito, quoniam ex proximitate quadam provenit, sed à morte demum ejus, cui sit successio, essentiam suam accipit: Cum viventis nulla sit hæreditas, neque in defuncti facultatibus filio ante casum mortis plenum & absolutum quoddam jus competat. Inde sicut, ut dixi, actus hic successiois ad præterita negotia nullatenus pertinet; Ita si natiuitatis tempore alia, alia tempore delata successiois, h. e. mortis lex vel statutum obtinet, non est hæsitandum, quominus in dijudicanda successiois quæstione posterior lex debeat observari, ut in facto consultus respondit BESOLD. *V. 3. Conf. 112. n. 13.* & MASCARD. *de interpr. stat. Concl. 13. n. 51.* variis exemplorum generibus adductis thema hoc proponit, illustrat.

Th. VII. Nec sine ratione addidi: *Suam consummationem expectant à facto post novam legem futuro*, *EOQUE NON EXTENSIVO*; Etenim ea, quæ ab actu extensivo suum complementum accipiunt, tantum abest, ut ad præterita negotia certe ac indistincte pertineant, ut potius pro conditione materiæ, modo præteritorum, modo futurorum naturam sequantur. Obvenit quærenti exemplum in Advocatura, Procuratione atque Syndicatu. Hæc licet, habito respectu ad novam Legem, sint actus de præterito ratione essentia, quam à tempore suscepti muneris acceperunt, sint pariter qua exercitium de futuro; ipsa tamen nova lege proposita, in causa favorabili, futurorum, in onerosa vero præteritorum negotiorum nomine veniunt. Quod ex iis, quæ MASCARD. *Concl. 13. de int. stat. n. 51. 52. 53.* notavit, eleganter patet. *Statutum*, scribit,

bit, imponens ratione officii Procuratoris & Advocati gravamina non solita Procuratoribus & Advocatis, non comprehendet Procuratores vel Advocatos ante statutum.

Th. VIII. Contraria vero ex parte ad certos annos facta usurarum promissio ante novam legem facta est quidem de præterito essentialiter, nihilominus tamen quia complementum suum ab actu extensivo, solutione scilicet per certos annos recipit, ipsa partim ad negotia præterita, quæ usuras jam solutas, vel quæ jam ante legem solvi debuissent, partim ad futura, quæ adhuc solvendas pertinet. Hinc recte scribit CARDIN. TVSCHVS Tom. V. Concl. Pr. 264. n. 39. *Si quis fecit contractum super usuris permissis de jure antiquo, puta centesimis, quæ soluta fuerunt usque ad legem novam usuras moderatam, certe pro præteritis ante legem novam non intrat moderatio, sed bene pro futuris, licet contractus longe ante celebratus, quia actus successivus non completus cadit sub lege nova.* Sed quid opus fuerit attestazione Doctorali, adest Sanctio Imperialis in l. 27. C. de Usur. qua Justinianus ordinat, quod in præcedente l. 26. constituta usurarum moderatio inveniat locum tam in contractibus futuris, quam præteritis, non tamen in his, pro tempore lapsis ante, sed pro futuro post publicationem, d. l. 26. & usuræ, quarum dies ante constitutionem cessit ac venit, solvantur. add. BRVNN. in d. l. f. 328.

Th. X. Pariter in ordinem præteritorum negotiorum putamus referenda, quæ quidem sunt de futuro (h. e. post novam legem fiunt) sed cum præterito (ante novam legem factis) negotio individuam connexitatem habent. BESOLD. P. 3. Conf. 12. n. 13. 60. 61. Connexa enim pro uno semper habentur l. 7. §. 2. ff. de damn. inf. parique jure gaudent. a. C. 32. pr. de præbend. in FI. Quam ipsam quoque opi-

opinionem tuetur PANORMITANVS *C. Pastoralis* 53. x. de ap. pell. tradendo : *Etiamsi constitutio nova concernat futura & non praterita, si tamen illa futura omnino dependeat à prateritis, non comprehenduntur constitutione nova.* Ex quo simul intelligimus, unde hujusmodi connexitas aestimetur? Quod clarius exprimit BARBOSA l. 3. cap. 51. ax. 1. dicens : Si posterius absque priori esse vel stare nequit, & quando futurum est velut accessorium prateriti.

Th. X. Quinimo sunt facta, quæ accenseri debent prateritis etiamsi vel tempore legis sint peracta, scilicet à persona tali, quæ tunc temporis ejusdem jurisdictionis non erat, postmodum vero illi se subjecit. Igitur ponamus esse in civitate nostra Jenensi Scutum, ut in probanda solutione non nisi Instrumenta, rejectis testibus, admittantur, Clericus vel alius Statuto huic & jurisdictioni Senatus Oppidani non subiectus solvit creditori quod debet, accessitis testibus, postmodum clericalem suum habitum deponit, fit Laicus, alboque civium, relicto foro priori, se inseri curavit, nulli sane dubitamus, quin si de solutione quaestio hinc oriatur, eadem per testes, statuto non obstante, possit probari. Quoniam talismodi solutio est ex factis prateritis. v. TIRACQ. de J. Primog. 2. 43. n. 16. f. 320. ibique allegat. DD. Iidem declaremus exemplo Studiosi : cui si contra statuta Academica pecunia mutuo data est, etiamsi, rejecto Academiae foro, revertatur patriam, cujus leges & statuta debita quoque studiosorum exsolvi præcipiunt, nihilominus tamen obstabit petenti creditori ex lege tempore & in loco Contractus vigente proveniens exceptio, per text. similem in L. 1. pr. ff. de Sci. Maced. ubi illi, qui filiosam mutuam pecuniam dedit, licet postea sui juris fiat, actio petiti quoque denegatur. Est enim in omni contractu semper spectan-

dum initium *l. 8. pr. ff. de Mand.* Quod non minus attenditur in delictis. Unde si quis in nostra Provincia Jenensiv. c. adulterium commiserit, postea vero ditioni Electorali Saxonicae sese legitime subjecerit, quaeritur, utrum, manifestato facinore, delinquens secundum jura Provinciae Jenensis, an Electoralis sit puniendus? & affirmatur prius. Quia constitutiones Electorales respectu delictorum antequam delinquens Electoris subditus fieret, perpetratorum sunt leges novae, quae ad praeterita facta non revocantur. v. *MTNS. Resp. 43. m. 4. 5.*

Th. XI. Sed ut quo velim perveniam, sit ex praemissis generalis regula: *Cuicumque negotio civili perfectio sine absoluta sive secundum quid talis inest, illud ad praeterita facta referri, adeoque ex antiquis, nequaquam vero constitutionibus, statutis atque moribus recentioribus dijudicari oportet.*

Th. XII. Itaque si quis ante promulgationem S^Ci Macedoniani filios familias pecuniam mutuo dedit, num condicenti creditori obstabit S^Ci exceptio? Minime. *BRVNN. l. 7. C. de LL.* Num rei mutuo data aestimatio reddenda secundum determinationem legis novae? Tradimus distincte (1) de pecunia, quod mutata illius bonitate tum intrinseca, tum extrinseca, leges & consuetudines monetales, (*Münzordnungen*) tempore contractus vigentes debeant inspicere, ac secundum illas redditionem fieri sit necessarium. Id quod manifeste patet ex *l. 69. ff. de Contr. empr. Cap. 20. x. de Cens. Const. Elect. 28. P. 2. MVND. V. 1. Conf. 6. RICHT. Dec. 72. CARPZOV. P. 2. C. 28. D. 4. 5. MTNS. C. 4. O. 1. aliusque Da.* Sin vero (2) alterius rei; v. c. vini, olei, aestimatio praestanda venit, (nisi diei locique mentio facta est) faciat iudex adjudicationem secundum leges fructuarias
(Den

(den Anschlag) quæ fuere tempore litis contestata, per generale axioma: si de æstimatione rei oritur quæstio, in str. j. iudicio regul. inspicitur tempus L. C. l. 22. ff. de R. Cred. ibique CORAS. n. 12. MATTH. de Judic. D. 11. 1b. 19. BRONCH. C. 2. ass. 19. p. 160. & latè Pac. C. 3. Q. 72. Num ante Vellejanum SCtum interposita mulieris fidejussio erit nulla? Minime. CONNAN. l. 1. J. Civ. C. 9. n. 8. Num in Electoratu Saxonico ante Augusti Electoris Constitutionem 15. Part. 2. sine Curatore facta immobilium venditio, donatio, vel alia inter vivos, maxime extrajudicialis dispositio virginis vel viduæ irrita est ac inutilis? Minime. Sicut ipse Serenissimus Elector Joh. Georgius II. aliam speciem suppeditat donationis Geradæ coram Notario & testibus absque Curatoris autoritate factæ in Decis. 22. his verbis: Und wol- len/ daß hinführo der Weibespersonen außserhalb Gerichte vor Notarien und Zeugen vorgehende donaciones der Geraden/wosern kein Curator sich dabey befinden/ zu Recht nicht beständig seyn; Was aber die vor dieser unser Decision ohne Beyseyn der Curatorum aufgerichtete donaciones anlanget/ dieselben/ wenn sonst kein Mangel sich dabey ereignet/ zu Verhütung besorglicher inconvenienzien/ und daß sich einer und der ander mit Unwissenheit entschuldigen würde/ vor gültig gehalten und erkennet werden sollen.

Th. XIII. Num in Electoratu Sax. Anno MDCLX. vel priore quodam à magistratu constitutus, vel lege vocatus tutor credito suo ac jure privabitur, si ante susceptam tutelam adversus pupillum sibi competentes actiones etiam si notorias Magistratui non indicavit? Minime. Ex communis enim juris dispositione creditum suum tutor minus hoc suscipiendo non amittit, si manifestum fuit a notori-

um. CAREZ, *dec. 119. n. 9.* J. BRUNN, *l. 44. ff. de Pact. num. 2.*
 Quamquam & potentissimus Elektor hac ipsa de materia
 propositam decisionem suam XXXIV. à die saltim publica-
 tionis valere prudentissime disponat.
 Th. XIV. Similis exurgit quæstio in emptione an-
 nuorum reddituum: quæ licet Canonico jure pariter atque
 Romano, moribusque nostris pro licito habeatur contra-
 ctus, v. COVARRUV. *l. 3. Var. Res. C. 3.* GAIL, *2. O. 7.* & BE-
 SOLD, *3. Delib. Jur. l. 18. Q. 5. p. 21.* maxime tamen pii &
 prudentes LLatores excubârunt, ut omnis huic contractui
 absit fraus & usuraria pravitâs; adeoque certam determi-
 narunt quantitatem quæ in recipiendis hisce redditibus præ-
 cise servaretur, ut late refert DN. FRANZK, *l. 1. Resol. 2. n. 27.*
 § 9. Quod & in Imperio nostro sibi agendum putavit glo-
 riosissimus Imperatorum Carolus V. ordinando, ne annuo-
 rum reddituum emptor plus quam quinque pro 100. ex re-
 ditibus recipiat, & quicquid determinatam hancce sum-
 mam excedat, pro usurario haberi, ac proinde non modo
 exigi nequeat, sed & solutum ad legitimam quantitatem
 debeat reduci. *R. N. de anno 1530. & 1548. tit. von wucherl.*
Contrâct. Hac igitur de Constitutione graviter dimicant
 Doctores: An ad præteritas h. e. ante promulgationem e-
 jus celebratas emptiones ipsam pertineat? Affirmative
 accedit DN. FRANZK, *l. 1. Res. 2. n. 27.* dicendo: *Quod (in d.*
Constit. Caroli V.) de reductione pretii dicitur, procedit etiam
in redditibus antiquis in minori pretio à principio creatis, adeo
ut nulla eidem præscriptio obstet. Addit fundamentum,
 quia secundum *l. pen. C. de Usur.* ii qui jam ante ampliores,
 quam lege nova sancitæ, usuras stipulati sunt, ad modum
 nova lege taxatum in futurum tempus ex die publicationis
 suas actiones moderari tenentur. E. idem juris erit in em-
 ptore reddituum. Th.

Th. XV. Negativam defendit GAIL. 2. O. 9. suæque
sententiæ quinque allegat rationes, quæ tamen vel ad idem
tendunt, vel eam, quam debent, conclusionem minus in-
ferunt. Firmissima videtur tertia n. 3. quia contrahenti-
bus jam jus ex contractu præcedente quasitum est, qui-
quidem contractus tam de jure communi, quam de con-
suetudine loci eo tempore licitus & usitatus erat: ex no-
va igitur constitutione hoc jus illis auferri non debet. Cui-
accedit, quod nulla conventio, nisi de læsione quadam le-
gitime constat, possit immutari; præsentem vero casum ven-
ditor nullam omnino læsionem allegare aut docere possit,
qui iustum pretium (quod ex communi hominum usu tem-
pore contractus obtinente aestimatur l. 63. ff. ad L. Falc. l. 33.
ff. de L. Aqu. ibique Dd.) pro re ditibus acceperit. Et sicut
iusta pretia non emptione præterita, (was die Sache vor
Zeit des Contracts gegolten) sed aestimatione præsentem
(was zur Zeit des Handels man in gemein davor ge-
geben oder geben sollen) constituuntur l. 3. §. 5. ff. de jure
fisci: Ita quoque præteritæ emptionis iustitia non ex futuro,
sed præterito, h. e. tempore contractus usitato pretio
debet aestimari. Alias enim eveniret, quod omnis contra-
ctus forte mutato rerum venalium valore retractetur vel
impugnetur: quod naturali non minus quam civili rationi
maxime disconvenit: v. l. 8. C. de Resc. Vend. ibique BART.
f. 107. quia id, quod ab initio recte actum ex superveniente
casu nequaquam immutatur a. l. 138. §. 1. ff. de R. J. ibique
PLACENT. p. 105. Unde nec in probanda læsione ultra di-
midium aliud, quam tempus peracti negotii attenditur.
PAVL. DE CASTR. in l. 2. C. de Resc. Vend. n. 4. & illustris DN.
STRVV. Ex. 23. lb. 87.

Th. XVI. Sed vero revertamur, visuri quam sit

preferenda opinio? Et sane videtur posse argumento Franzkii facile satisfieri, modo perpendatur, argumentum ab usuris ad annuos redditus non nisi in casibus expressis procedere, per ea BORCH. *de Usur. C. 4. n. 32.* Cum sint diffinita, à quibus affirmative non inferitur. Sitque causa usurarum odiosa; causa vero emptionis reddituum favorabilis; in odiosis autem nulla admittatur extensio. Quid? quod vel ex propria Franzkii doctrina & confessione *n. 3.* constat, ex *d. l. pen.* ab usuris ad annuos redditus ductum argumentum non semper validum esse. Veruntamen hisce aliisque similibus, (quæ late dissolverem, nisi iustis spatiis essem exclusus) non urgentibus, defendam affirmativam DN. FRANZKII opinionem, ut veriore de jure. Imprimis ideo, quia omnes promissiones & obligationes annuæ censentur fieri singulis annis: adeoque nec inter negotia præterita simpliciter poterunt referri. Ex qua unica ratione singula, quæ pro Gallio faciunt, videntur corruere. Illi tamen redditus, qui jam ante Carolinam Constitutionem solvi debuissent, (*die albereit betaget und fällig gewesen* /) recte exiguntur. Qua enim ratione emptori patientia sua noceat, ac venditori mora, redditus non solvendo commissa, lucrum quoddam afferat?

Th. XVII. Census dividitur varie, ut est videre apud FRID. MARTINI *de J. Conf. C. 4.* & non erit rejicienda distinctio in *pecuniarium*, cum pensio solvitur in pecunia numerata, & *fructuarium*, cum in fructibus, puta vino, oleo, frumento, animalibus &c. redditus penditur. Ex quibus speciebus utraque est & honesta, & de jure permessa. Poterit tamen lege quadam aut statuto census fructuarius prohiberi in totum, ob rationem quam habet MARTINI *l. c. C. 4. n. 107.* Idque fecerunt non solum Reges Hispanorum, ref.

referente NAVARRA, sed & Archidux Austriae *Ferdinandus*, ac gloriosiss. memor. Imperator *Rudolphus II.* Illo disponente, ne ulla frumentariorum censuum emptio venditio in anterioris Austriae provinciis valeat. Hoc autem constituente in *Ordin. Polit. de Ao. 1577. tit. 19.* ut census fructuarii ad pecuniarios revocentur. Haec ergo duæ Constitutiones num ad præteritas emptiones censuum pertineant? mota fuit quaestio, eamque de jure consultus resolvit nominatus *MARTINI de J. Cens. C. 4. n. 107. seqq.* scilicet negative; adeoque illas ratas firmasque permanere, nec in pecuniarios debere converti. Modo secundum communem regionis vel civitatis valorem pretium fuisset promissum. Unde si emptor census annum fertilissimum expectaverit, juraque anni illius pretium annum censum emerit, nil magis verum esse putat, quam quod & præteritæ emptionis census Imperiali ista constitutione ad pecuniarios revocari debeant, per verba: *Das etwan hievor zu guten wohlfeylem Jahren zc.*

Th. XVIII. Itidem sicut haud forte quemquam latet, esse Canonico jure prohibitum in Decimis feuda constituere Laicis; quo de argumento late apud *BORCH. de Feud. C. 6. ROSENTH. C. 4. Concl. 27. & Schulz Syn. J. F. C. 6. n. 51.* ita nec est ignota hisce de interdictis quaestio: Num ad Feuda præterita pertineant? Et ex generali nostro axioma in *l. 7. C. de LL. negativa* sequitur responsio. Quam & Concilium Lateranense, licet anteriora Decreta de ea tacerent, (certe enim credimus, quod jam ante Concilium Lateranense sub *Alex. III.* celebratum prohibitum fuerit Decimas dare in Feudum, per ea quæ habet *Magnif. DN. PRÆSES in Coll. Jur. Feud. publ. MSS. Cap. 6.*) clarissime approbavit. *v. C. 19. X. de Decimis ibique Canonist.* Idque ex effato

effato LEHMANNI *l. 1. C. 67.* propterea, ne irritati Principes Pontificio dominatui reluctarentur. Hinc & decimale hujusmodi feudum ante Consilium Lateranense possessum posse retineri, per *C. 2. de Decim. in VI.* communiter asseritur. Quamvis, si Ecclesie apertum fiat, de novo re inferdari nequeat: quoniam res in eum casum incidit, à quo incipere non potest. v. COVARR. 2. *Var. Res. C. 17. & BESOLD. V. 1. Conf. 20.* qui in terminis ita docent.

Th. XIX. Sed quid si disceptetur, num decimalia isthæc feuda sint præterita, an futura, h. e. ante Concilium Lateranense constituta, vel post? Resp. præsumuntur præterita, modo de immemoriali eorum possessione constet. FICHARD. *Conf. 151. & Magnif. DN. PRÆSES c. 1. per C. quamvis. & C. prohibemus. X. de Decim.* Ex quo generale inducimus principium: Quod in dubio negotia potius præterita, quam futura debeant censerī, præprimis in causa poenali & odiosa: etiamsi immemorialis rerum possessio non semper accedat. Eo quod omnis possessio iuste jureque occupata censetur, BARBOS. *l. 14. C. 64. ax. 9.* ita ut possessio quoque proprietatem si dominum arguat. VVLTEJ. 2. *Conf. Marp. 30. n. 68.* Nemo enim in fraudem legis interdicens hanc vel illam rem tali vel tali modo acquirere, fecisse quicquam præsumitur, adeoque in partem benigniorem, quam ipsa naturalis ratio suadet, facienda est interpretatio, ac existimandum, jam ante legem prohibitiivam contractum celebratum, vel negotium confectum esse, donec contrarium proberetur.

Th. XX. Summatim, si quid legislator super interna, vel externa forma contractus statuit, hoc ad jam perfectum haud retrahitur, per *l. 27. C. de Fid. instr. Novell. 73. C. 9. & testimonium TVSCHI T. V. Concl. 264. n. 38. lex nova circa*

circa Contractus semper trahitur ad futura *C. n. 21. 22. Lex vel statutum, qua circa formam contractus aut solemnitatem disponunt in ius, qua de præterito causam habent, locum non inveniunt; ratio est, quia contractus celebrati secundum legem, tunc vigentem suam habuere perfectionem, ideoque debent decidi secundum legem antiquam.* Alias enim ex omni parte creditores damno, quod prævidere non potuerunt, injuste afficerentur: Quippe qui si tunc scivissent, quod nunc est in aperto, neque v. c. filiofamilias quicquam credidissent, neque mulieris fidei iussioni fidem habuissent, neque cum virgine vel vidua tali modo contraxissent, neque tali ratione tutelam suscepissent &c.

Th. XXI. Et hæc in contractu puro. Ecquid vero juris in conventionione sub conditione, vel incerta die, quæ post novam legem existit aut venit. v. c. *Vendo tibi aut dono prædium meum, si Cajus Consul fiet*: antequam hæc conditio existit, introducitur lege, ne ulla immobilium venditio aut donatio sine speciali magistratus indultu valida sit: Qu. Num legis hujus tenor præsentem quoque venditionis vel donationis speciem stringat? Ita ut licet adjecta conditio postmodum existat, vi prædictæ legis emptor aut donatarius exceptione nullitatis removeantur. Prima quidem facie videtur quod novæ leges ad contractus sub conditione pendentes rectissime retrahantur. Quoniam contractus, cujus conditio adhuc pendet, diesque incertus nondum venit, est imperfectus *TAB. in addit. ad BARBOS. l. 3. C. 43. ax. 20. per L. 213. ff. de V. S.* Hinc & pendente conditionis eventu universæ rei periculum ac interitus non ad emptorem, sed venditorem spectat. *CARPZ. P. 2. Const. 26. Def. 21.* Neque sit quicquam, cur v. c. emptor, vel donatarius super damno nova lege hic dato conqueratur: siquidem id, quod

sub conditione debetur, nondum est in obligatione, sed in conditionis existentiam, dieique adventum suspenditur *l. 16. 18. ff. de cond. indeb. §. 4. I. de V. O. l. 8. ff. si quis omiff. caus.*

Th. XXII. Verum enim vero hisce non obstantibus statuendum arbitror, esse contrariam opinionem veriorum, novamque constitutionem vel statutum ad contractus conditionales nequaquam pertinere. Propterea quod conditio si existit ex natura sua retrotrahatur, *l. 78. ff. de V. O.* ac fictione juris perinde habeatur, ac si ab initio contractus fuisset purus. Et quidni pactioni conditionali sua in sit vis? quippe quod ii, quibus actio quaedam competitura, vel qui spem habent ut competat, creditores quoque dici mereantur, *l. 54. l. 55. ff. de V. S.* Quibus in contrariam partem allegata rationes facili destruuntur negotio.

Th. XXIII. Attamen notandum (1) quod ea negotia, quibus potestativa conditio adjecta, ad novam legem omnino pertineant. Quoniam casualis saltem & mixta, neutiquam potestativa conditio retrotrahitur. *GAL. 2. O. 2. n. 1. & HARTM. PISTOR. 1. Q. 4. num. 9.* Adhuc stipulator sibi imputandum habet, quare in mora fuerit conditionem, quæ in sua erat potestate, adimplere, actumque perfectissimum reddere. Quod si vero potestativa illa conditio ita comparata fuit, ut maturius illam adimplere non potuerit, sed ipsa lex nova per supervenientiam impedimento quasi fuit, non est dubitandum, quo minus ex æquitate ista quoque sit retrotrahenda, & conventio pro pura æstimanda: cum penes eum, cui complementum incubuit, hoc casu non steterit, quod conditio minus sit impleta, proindeque pro impleta sit habenda. *l. 161. ff. de R. I. ibique Dd.* (2) Non quidem regulatur contractus conditionalis secundum legem ante existentiam conditionis noviter propositam, qua
esset.

cessionis legitima jam delata attendantur leges non petitionis, sed quæ tempore mortis fuere, patet exinde, quia statim ab obitu defuncti secundum leges in vigore tunc constitutas dies successione & cessit & venit: h. e. Successores legitimi ab ultimi halitus momento ex ordinationibus Successoribus jus quoddam plene acquisiverunt, id quod constitutione vel statuto posteriori ipsis auferri vel minui neque debet, neque potest. *Ita simili in casu pronunciatum fuit ab inchoato Collegio nostro Jenensi M. Novembr. 1678. ad consult.* Hans Heinrich Beyers zu Jena ibi: Ob nun wohl außer Zweifel/ daß vermögde der alten Statuten die Mutter der verstorbenen Tochter Antheil vor sich nicht nehmen noch ziehen kan/ sondern zur gangen Erbschaft werffen und einbringen muß/ ihr auch aus solchen ein jus quæsitum erlanget/ welches durch die neuen euch weder genommen/ noch solche auf die casus præteritos gezogen werden können ic. *Et iterata vice responsum d. 19. Septembr. 1679. ad consultationem J. K. P. J. P. Cujus responsi partem primariam, quæ thesis nostram egregie illustrem reddit, hic juvat apponere, ommissa brevitate studio facti specie: Belangend die andere Frage: Ob nicht nach denen Statutis Brunsvicensibus, die tempore mortis & existentis successione in vigore gewesen/ non attentata constitutione Serenissimi, der maritus pro hærede mobiliari zu erkennen sey? Wiewohl nun (1) eine neue constitution ad præteritos casus durch ausdrückliche Verordnung wohl gezogen werden kan/ per l. 7. C. de LL. Nov. 19. l. 10. seq. C. de nat. lib. BESOLD. Conf. 159. n. 6. Auch (2) die F. constitution gedencket/ daß wann in voriger Zeit/ als nemlich vor An. 1675. da das S. Recht in B. noch im Schwange gewesen/ von denen Urtheiln der*

Stadtgerichte nach *B.* appelliret worden / man da-
 selbst nicht nach dem *S.* Recht / zumal solches schon
 vorlängst in dem Fürstenthum *B.* u. *L.* aufgehoben/
 sondern nach denen dergestalt in dem Fürstenthum
 recipirten *Keyf.* Rechten gesprochen / und dahero un-
 ter denen *F.* und denen Stadtgerichten eine schädliche
 Discrepanz gehegt worden sey / ut adeo Constitutio illa
 relationem ad präteritum tanto minus refugere videatur,
 postquam jura eadem nunc in civitatem introducta jam an-
 te in liugiis civium, saltem in judicio Appellationis, obti-
 nuere. Dennoch aber und dieweil (1) die regula in con-
 trarium gehet / quod lex futuris negotiis formam det, *d. l.*
7. C. de LL. MENS. Conf. 24. n. 20. Also daß wofern
 ad präteritos casus sich eine neue Constitution ausdrücklich
 referiret / alsdann dergleichen relation allerdingß stri-
 cte zu nehmen / ut quam minimum a regula illa recedatur,
 und aber sich die *F.* neue Constitution deutlich expliciret /
 daß es zwar bey denen nach *S.* Recht und der Stadt
Br. ausgesprochenen Statuten und vor Publicirung
 dieses Edictes albereit durch würckliche Execution voll-
 streckten Urtheilen allerdingß zu lassen / und selbige kei-
 nes weges zu retractiren / hinsühro aber die gemeine
 Reichs-Rechte und Landes-Constitutionen beobachtet
 werden solten / So ist daraus zu schliessen / daß die an-
 noch rechtshengig oder zwar beurtheilete / aber doch
 per remedia appellationis und dergleichen suspendirte
 Sachen / keines weges aber was vorhero niemals in
 Streit gezogen / oder auch durch gütl. Wege hingeleg-
 get und verglichen worden / sub casibus illis präteritis zu
 ver stehen seye / Secus enim quicumque jure anteriori, cum-
 primis liquido & indubitato, (ut hic Saxonico illo, ubi ma-
 ritus

offentiam & constitutionem; regulatur tamen, existente conditione, qua complementum & executionem: Qua de re suo loco.

Th. XXIV. Coeterum quae de contractu in praesenti scriptissimum, insimul ob paritatem rationis obtinebunt in pacto. Sic pacta super hereditate viventis adipiscenda, vel conservanda, vel repudianda sunt universali ferme Germaniae usu recepta & approbata, *Illustr. DN. STRVV. Ex. 6. th. 44.* quae Romano jure maxime erant damnata. *BORCH. de Pact. C. 5. n. 67. seq. DAVIE. C. quavis. X. de Pact. n. 2. seqq.* Quod si igitur in civitate quadam, revocatis Romanorum principis, pacta hujusmodi lege vel statuto contra consuetudinem prohibeantur, tantum sane abest, ut praeterita temporeque consuetudinis condita pacta hereditatis inclusa videantur.

Th. XXV. Pariter sese res habet in successione cum testamentaria, tum legitima. Prius patet *ex l. 19. C. de Testam. & Novell. 66. C. 1. §. 1.* quae constitutiones dant formam testamentis, sed ad praeterita minus extenduntur. Additur ratio: quia nil quicquam peccavit antiquitas, quae praesentis legis inscia, pristinam secuta est observationem. Simile nobis exemplum obvenit in ditionibus Saxonis Electoralibus, ubi pro testamento judiciali non fuit habitum, quod soli iudici ap. Acta exhibitum esset nisi quoque Scabini aliquor praesentes fuissent; donec Sereniss. Saxon. Elector Anno 1661. per Decis. novam 45. disposuerit, ut judiciale Testamentum insinuari firmiter possit coram solo iudice pro tribunali sedente & Actuario iurato praesente. Quae futuris quidem testamentis judicialibus formam praescribit, non vero praeteritis, per expressa verba textus: *Was aber die vor unser Decision dem Richter alleine übergebenes und*

und zu denen Acten gebrachte Testamente betrifft / die verbleiben / wann sich sonst kein Mangel daran befindet / zu Verhütung allerhand Inconvenientien / und aus andern Ursachen / nicht unbillig bey Kräfften.

Th. XXVI. Idem est in accidentalibus testamenti, v. c. Executoribus; Quod nimirum, si ab hoc munere quosdam lex nova removeat, ipsa nequaquam in testamentis jam ordinatos, sed post legem saltim futuros executores respiciat. Etiam si quoque actus executionis plane sit adhuc integer, & ab Executore jam constituto nondum inchoatus, docente TVSCHO *T. V. Pr. Concl. 263. num. 17. fol. 163.*

Th. XXVII. Interim vi supra (*Th. 23.*) adductæ rationis sequitur à contrario, quod si quis novæ legis scientiam habuit, ipsique testamenti prioris immutandi copia fuit, (quæ duo copulative requiruntur, quoniam ægrotus potest habere tempus corrigendi, sed forte in illius notitiam tenor legis non pervenit. Nec tamen ignorantia illa ab hærede, sed eo, qui testam. impugnat, scientia defuncti erit probanda, per trad. TABORIS *in add. ad Barbos. l. 9. C. 3. ax. 13.*) attamen nova lege datum modum neglexit, testamentum corruat in totum. Quia secundum formam, qua debuit, non est confectum. Ita in terminis JASON *in L. jubemus. C. de Test. n. 8. f. 94. (Dissent. PAUL. de CASTRO d. l. n. 6. f. 294.)* Inde contra BALDVM *in L. si quis heredem. C. de instit. verissime asseritur, quod, si rusticus ruri coram s. testibus, cum plures habere non posset, secundum L. ult. C. de Test. testamentum ordinavit, posteaque urbem inhabitare coepit, ex testamento prius facto, tanquam imperfecto & nullo, successio non sit speranda.*

Th. XXVIII. *Posterius, s. quod in quæstione success.*

ccs.

ritus non existentibus pactis dotalibus, aut quando de ipso-
rum nullitate proinus ex inspectione constat, atque illa vi-
sibili vicio laborant, in bona mobilia uxoris succedit,) secu-
rus fuerat, nunc quidem, ubi adversarius introducto novo
jure se uti posse vider, quasiuis suis indigne privaretur;
quod cum innumeras lites, easque iniquissimas paritarum
foret, credibile non est, iustissimum pariter atque pruden-
tissimum LLatorem sentire potuisse. So wenig als da-
für zu halten / daß die in R. U. 1654. §. anreichend die
künftige etc. inserirte Exception der vollzogenen Urthei-
len und vollführten Executionen auf diejenige casus zu
ziehen / welche durch Vergleiche oder Befriedigung
der Creditoren ihre Endschafft erreicht. Licet utique
causae pendentes oder rechtsschwebende Sachen / per il-
lam Constitutionem disjudeentur. MEV. 5. Dec. 278. n. 10.
Nam prout factum de præterito complementum suum de
futuro expectat, (quo casu utique ad præteritum legem no-
vam trahi posse putat BESOLDVS Conf. 259. n. 85. seq.) ita mi-
licem s. causam in iudicio controversam, quam utrinque ar-
gumentis partes adstruunt, futura lex nulla iniquitate pot-
est dirimere: adeo, ut nec in delictis quidem leges ad præ-
terita trahantur, nisi reus postulatus, (atque sic iudicio cau-
sa affecta) fuerit. *juxta l. 26. §. 6. C. 7. ad L. Jul. de adult. TAB.
C. 6. armam. §. 26. p. 346.* Unde nonnunquam in ejusmo-
di Constitutionibus exserte videmus causas eas à præteritis
eximi, quae compositione amicabile transacta sunt, licet
forte in iudicio pependerit. Ita in *Decisione Electorali*
67. in fine, ibi: Und wollen wir diese unsere Sa-
chung nicht alleine auf die künftigen / sondern auch all-
bereit vollzogenen Verschreibungen / wo nicht durch
Krafft Rechtes ergriffene Urtheil oder Vergleich schon
ein

ein anders erörtert / verstanden / und in erkennen und
 sprechen allenthalben derselben nachzuleben / hier
 mit ernstlich befohlen haben. Et tamen ibi ageba-
 tur de sententia curiis quibusdam eximenda, quæ cum ini-
 quitate quadam conjuncta fuerat, rigida scilicet contra bo-
 nam fidem, & subtilitate juris subnixæ. Quæ propter ve-
 lut nova Constitutio tunc facilius ad præterita trahi potest,
 ubi æquitate naturali nititur, atque iniquitatem prioris ob-
 servantiæ repellit: GAILL. 2. O. p. num. 6. ita sane quod per
 jus antèrius nullatenus iniquum neque controversum, sed
 vividum & irrefragabile uni alterive quaesitum fuerat, non
 poterat ulla ratione ei per legem subsequentem auferri. arg.
 l. ii. de R. J. TVSCH. 1. Concl. 624. nec Princeps illud voluisse
 credi potest, arg. l. 35. pr. de Inoff. test. cum primis ubi verba
 constitutionis contrarium arguunt. conf. post GAILL. d. l.
 FRID. MARTINI C. 4. de J. Cens. n. 110 seq. Hierzu kommet
 ferner dieses / daß in Successions-Fällen auf diejenigen
 Jura zu sehen / welche Zeit des Todesfalls dessen / dem
 succediret werden soll / in Übung und Observanz gewe-
 sen / ungeachtet, daß etwa hernach ein wiederiges
 Recht oder Statutum eingeführet seyn möchte. in term.
 RICHT. Sect. 3. de succ. ab int. M. 1. num. 34. p. 458. Inglei-
 chen daß in lucro dotis jederzeit auf das Statutum oder
 diejenigen Rechte zu sehen / quæ tempore contracti ma-
 trimonii obtinüere, non quæ deinde subsecuta sunt. ME-
 NOCH. Conf. 140. n. 220. Ist nun aber vermöge Beyla-
 ge B. der Gebrauch der Stadt B. so nicht nur zur Zeit
 des zwischen Canoso und Pacata getroffenen matrimo-
 nii, sondern nach der Zeit / auch tempore soluti, und
 fúrters im Jahr 1665. biß in an. 75. erectæ novæ Consi-
 titutionis der Gebrauch gewesen / daß der Mann der
 Frauen/

Frauen / soferne keine wiederige Verordnung geschehen / in ihren beweglichen Gütern nechster Erbe seyn mögen / ut in sententia illa Dahlens contra Niemanns in contradictorio obtinuit , & deinceps eadem sententia multis præjudiciis roborata & instar Sanctionis pragmaticæ habita est ; wie denn auch daselbst ausdrücklich gemeldet wird / daß diese Gewohnheit aus denen S. Rechten herfließe / und die nechste 200. Jahr mit unzähllichen Præjudiciis bestärcket worden ; über dieses die neue Constitution expresse besaget / daß die Sächsischen Rechte biß dahin in der Stadt B. obtiniret. So muß es auch billig bey demjenigen verbleiben was vor der neuen F. Constitution nach den S. Recht erörtert oder außser Streit gelassen worden : Hat auch nichts zu bedeuten / wann schon Belviso vorwenden wollen / ob habe er dem Canoso , nach dessen Frauen des Belviso Mutter / oder der Cludia Schwester erfolgtem Tode / durch einige Leute über dieser Sache zureden lassen / aber nichts ausgerichtet / auch darauf Canosus selbst in A. 1671. verstorben / da denn er Belviso abermal wieder das vom Canoso aufgerichtete Testament / dieweil in solchem er Canosus von denjenigen Mobilien , so er von der Frauen vor die Seinige gehalten / disponiret / sich testato per Protectionem gezeiget / wie nicht weniger des Canosi Successorem in der Güte zu gewinnen gesucht : also daß dieser Fall strittig gewesen / und noch nie per conventionem oder sententiam erörtert worden. Nam (1) de causis in lite pendentibus nova constitutio disposit ; v. GVDEL. de J. N. C. 2. BERL. 2. Dec. 159. n. 5. At vero non pendet lis sine iudicio. (2) Vaga sunt illa , quæ Belviso narrat , nec super quo & quatenus dubium moverit

D

Cano-

Canoso, constat, cum nil plane prober, quod praeendit,
 (3) Meliori jure non utitur, quam mater ejus Cludia, cu-
 jus factum praestare tenetur. *l. 4. C. de R. V.* Diese aber hat
 dasjenige / was der Canosus von denen Mobilien / nicht
 sowol vermöge der Pactorum dotalium, so an sich nicht
 tig / als vielmehr aus gutem Wissen / oder weil dassel-
 be die Gewohnheit der Stadt Br. ohnedem vermocht /
 ihr zugeschicket / ohne Weigerung zu Danck angenom-
 men. Et transit igitur negotium ex bona fide & amicabi-
 liter, adeo ut licet inde finite ad praeteritas causas nova con-
 stitutio se referret, tamen nequidem ad illas, quae nun-
 quam disceptatae fuerunt, aut quae transactione sopita sunt,
 pertinere posset. LAVTERR. *Ex. 2. Concl. 5.* (4) Non vi-
 dendum est, an contenderit Belviso, sed an contendere
 potuerit. Indem die Statuten klar und unwieder sprech-
 lich / ut à limine judicii Belviso, si ingressus illud fuisset, re-
 pelli potuisset. Anderer Gestalt würden alle diejen-
 ge / so etwa contra fas & bonam fidem, bey noch wehren-
 den Sachsen-Recht / ohne daß sie sich zu Gericht zu ge-
 hen unterstanden / etwa Differentien gemacht / nun-
 mehro sich des eingeführten gemeinen Rechts be-
 dienen können / de quo tamen tum temporis Belviso cogi-
 tare non potuit, nec salva aequitate in eo jure nunc quidem
 se fundare potest, de quo sub illud tempus, ubi de jure qua-
 rendum erat, in ore aut animis judicum aut civium urbis
 Br. quidquam non verfabatur &c.

Th. XXIX. Sed quid in lucro dotis? E. C. hodie
 contrahitur matrimonium, nulla reperta lege speciali, de
 lucro dotis: cras describitur civitati lex, ut si sine liberis
 uxor decedat, maritus succedat in dote, Qu. num haec
 legis dispositio pertinebit ad matrimonium heri initum?
 affir.

affirmat BARTOLVS, ac proinde si sine prole uxor ultimam diem obeat, maritus succedat in dote. Sed illi contradicit CONNAN. l. 1. C. 9. n. 8. f. 51. seq. dicendo contrarium potius verum esse; quoniam, admissa Bartoli sententia, uxoris agnati non minimo afficerentur damno, quippe qui (vel ipsa etiam uxor eorum gratia) si cogitassent fore, ut nova quadam lege dotis lucro excludantur, non cessassent speciali quodam pacto de dote sibi restituenda ire consultum. Sunt plures asserti hujus rationes, (quas exhibet MASCARD. de interpr. stat. Concl. 7. n. 69. seq. & Concl. 13. num. 12.) & quidem satis valida ut in praxi quoque hæc sententia obtineat. v. MENOCH. *supr. cit. cons.* 140. n. 220.

Th. XXX. Major lis esse videtur in causa præscriptionis adhuc absolvendæ, utrum hæc absolutio sit regulanda secundum legem novam? Et erit distinguendum inter legem tempus præscriptionis *coarctantem & dilatantem*. Illa possessori non prodest, propterea, quia si is, contra quem currit præscriptio, rescivisset, tempus negligentia suæ iri angustatum, antevertisset: adeoque non potest non ex lege tempore inceptæ præscriptionis affixa hic fieri dijudicatio. Hæc possessorem obligat, & quidem absque ulla læsionis querimonia. Quoniam ipsi jus præscriptio-
nis, & spes acquirendi hocce casu non tam aufertur, quam justam ob rationem saltem differtur, quæ est in *pr. f. de Usucap.* Ad hæc & in Principis est potestate situm, debito-
ribus concedere rescripta, quibus crediti exactio suspenditur, debitorumque solutio differtur. l. 2. C. de Prec. Imp. off. Quæ vocantur *littere Quinquennales*; item: *Inducie moratoria*. Earumque Formulam tradit STAMM. de Reservat. §. 62. n. 7. vid. MYLER. de Stat. Imp. C. 55.

Th. XXXI. Idem juris in solutione. Potest videlicet debitor assertionem suam factæ solutionis optime probare eo probationis genere modoque, quæ tempore solutionis erant usitata; non obstante nova lege, statuto aut consuetudine, quæ aliam formam probandæ solutionis præscribunt & postulant, per *arg. l. 1. §. 2. ff. de Testib. l. 1. CONNAN. lib. 1. Comm. 7. Civ. C. 9. n. 8.*

Th. XXXII. Idem in delictis. Puta, si lege aut statuto actus quidam indifferens redditur moralis; vel super moralitate factæ Ordinationi poenæ genus adjicitur, ad præteritos casus neutra legis species spectat. *MAS CARD. de interpret. stat. Concl. 13. num. 1.* Quam enim esset ab omni æquitate remotum punire eum, qui non deliquit? quod est mandatum & præceptum superioris jam existens & probe cognitum malitiose transgredi. *add. cap. 2. x. de Consi.* Nec in contrarium facit *cap. 5. x. de usur.* ubi poenam subeunt usurarii, sive post Interdictum, sive ante usuras extorserint. Respondet *PANORMITANVS n. 7. fol. iii. Col. 4.* ibi non imponi usurariam pravitatem exercentibus poenam, sed constitui modum, quo usurarii ad restitutionem usurarum compellantur, restitutionem autem esse quid de futuro; adeoque capitulum hocce respicere factum futurum ex facto tamen præterito, ortum capiens. Similiter si alia poena legibus statuta est tempore perpetrati delicti, alia rei judicatae sive sententiæ, frequentissime quaeritur, quodnam tempus in poena infligenda sit respiciendum? Nosmet respondemus: *tempus delicti.* Quæ responsio congrua est doctrinæ *SCHÖNB. l. 3. Pol. C. 6. §. 2. scribentis: novæ legis poena gravior ad delicta prius commissa porrigi non debet.* Quod ipsam quoque tenet *TREVTL. V. 1. Diss. 26. 5. c.* cum summa ratione. Est enim in poenis observanda æqualitas, quæ commensura-

ri

ri debet delicto; CICER. *l. l. Off. C. 32.* CARPZ. *P. 2. Q. 51. n. 40. 61.* Delictum vero ex transgressione legis. Sicut igitur in legem posteriorem, a superiore poenam distantem, non est commissum: ita ex ea descendente poenam exigere, quomodo foret rationale? *vid. latissime BARTOL. in L. omnes. ff. de J. J. f. 12. & PANORMIT. x. de Constit. fol. 42.* Dissentit CONNAN. *l. 1. Comm. J. Civ. C. 9. n. 10.* tradendo: Si poena criminis augeatur, delictis ante novam legem perpetratis, sed nondum vindicatis, novus hic poenæ cumulus accedit. Sed quam infirmiter, monstrant argumenta, ejus.

Th. XXXIII. Ultimo tandem loco idem est in Ordine judicii seu Processu jam absoluto, cujus nullitas & validitas non ex constitutionibus novis, sed antiquis metienda. *2. l. ult. §. fin. C. de jurej. propter cal.* ibique PAUL. DE CASTR. *n. 2.* Hinc recte scribit TVSCHVS *Tom. V. Concl. 264. lit. L. n. 13.* Lex generalis processum jam factum non infringit, licet quoad reliquum faciendum habeat robur, & extendatur.

Th. XXXIV. Hactenus regulæ nostræ ampliatio, sequuntur illius fallentiæ: Quibus sc. casibus nova lex trahatur ad præterita. Et quidem (1) si de tempore præterito & adhuc pendentibus negotiis in lege sit cautum nominatim. *l. 7. C. de LL. l. 22. ff. de LL. C. ult. x. de Const. Colleg. Argent. ff. de LL. lb. 23. CVJAC. ad Novell. 66. PHILIPPI in Uf. Pract. de I. N. G. C. Eclog. 10. dixi: nominatim, h. e. expresse ac specialiter.* Nec enim sufficit verbum ambiguum, teste PEREZ. *C. de LL. n. 7. i. e. tale, quod & præsens & præteritum, & futurum tempus infert. MASC. de int. Stat. Concl. 13. n. 7.* Quod clarius exprimit PANORMITANVS *C. 2. x. de Constit. n. 3. f. 41.* Quod si lex, ait, per verbum futurum subjunctivi modo loquitur, ita quidem potest habere dupli-

zem intellectum respectu futurorum & präteritorum, nihilominus tamen respici debet sensus in futurum sonans. Unde si statutum novum dicat: si quis commiserit furtum, puniatur poena mortis, minime comprehenditur, qui jam ante manus suas in possessiones alienas porrexit.

Th. XXXV. Attamen expressa illa präteritorum nominatio minime includit decisa. Cum legislatoris potestas legem retrahendi ad casus präteritos sit limitata, non absoluta: adeoque ne expressa quidem constitutione possint retractari, quæ judiciali termino decisa, vel amicabile compositione, transactione, solutione, acceptilatione, jurejurando, aut alio quoque modo sunt sopita. l. 22. §. 1. C. de SS. Eccl. l. un. §. 4. C. de contract. jud. l. 16. C. de Transact. l. 3. 7. C. de Prec. Imp. off. LAVTERB. Ex. 2. Concl. 5. BERLICH. Dec. 159. n. 12. Nisi adit justa & rationabilis causa, quæ alias est sufficiens ad hoc ut Princeps alteri jus suum possit auferre. Quo casu omnino est Principi integrum, de jam decisis quoque negotiis disponere. FARINAC. P. 2. Pr. Crim. f. 220. n. 49. 50.

Th. XXXVI. Itidem dixi supra, posse legem nominatim trahi ad pendentia (so noch Bedeshängig seyn;) Hæc enim, quippe quæ pro fundamento habent negotia präterita, nova lege non involvantur, nisi eorum expresse LLator meminerit, etiamsi de präteritis sit speciatim dictum. l. 7. C. de LL. Idque indistincte, sive Lex proprio Principis motu emanaverit, sive ad impetrationem alterius, v. c. Senatus oppidani, statuti confirmationem petentis. v. BARTOL. in l. omnes populi ff. de J. J. n. 40. sive pendent in instantia prima, sive secunda: licet appellatio saltem sit interposita, nondum vero introducta. MEY. 5. Dec. 278. Est enim judicis ad quem officium cognoscere, num
Judez

Judex à quo in pronuntiando observaverit jura & justitiam: quod fieri nequit, nisi antiquæ leges attendantur.

Th. XXXVII. Sunt autem ex causis pendentibus etiam illæ, in quibus Terminus probatorius præterit, præmissis ubi nulla vel insufficientis accusatio contumaciæ accessit. Evenit casus hujusmodi proxime. Anno 1660. denegarunt rustici quidam in Electoratu Sax. Nobili suo operas ad stabula horreaque, allegantes, se ex communitationis observantia ad solas ædes quibus inhabitet (Nur allein zu denen Wohngebäuden des Ritterstizes / nicht aber zu denen bey dem Ritterstize befindlichen Forwergen und andern Gebäuden) operas debere, convenerunt Nobilem, pro petitis fuit judicatum, ita tamen ut reo sit integrum docere, quod actores ad operas, de quibus lis esset, quoque sint obstricti. Nobilis terminum probatorium non attendit, neque tamen rustici contumaciam hanc rite accusarunt. Interea Anno 1661. supervenit nova Elect. Decis. 33. qua in toto Electoratu rusticis operæ illæ, super quibus hic litigatum, imponuntur. Nobilis hac decisione, causas pendentes continente, fretus continuat litem, rusticosque ad operarum præstationem condemnari petit, sed hi inter alia exceperunt, nominatam Serenissimi Constitutionem pro Nobili minus facere, eo quod causa hæc non sit amplius pendens, sed ipso jure decisa, cum judicato injunctam probationem ipse deseruerit, proindeque causa ipso jure ceciderit. Replicavit Nobilis, hoc fundamentum non sufficere, præterea neque factam fuisse à Syndicis (rusticorum) accusationem contumaciæ suæ. Et hoc ipso ex fundamento damnati sunt rustici ad operas. Appellarunt quidem, sed absque omni fructu. Potius Decisionis illius intuitu hocce judicatum cum à Dn. L. p. tum

cum postea famigeratissimis nostræ Acad. JCtis M. MART. 1681. confirmatum est, hisce pronunciantibus: Auf eingewendete Appellation, derselben Justification, und fernerer Einbringen Syndicen der Gemeinden N. N. N. Klägere und Appellanten an einem / Hieronymi Dietrichs W. d. z. O. Beklagten und Appellaten am andern Theil / so uns samit denen vorigen Acten zugeschicket / W. W. N. B. D. S. W. S. W. B. R. daß die eingewendete Appellation in ihren Formalien beständig / und zu gebührender Erörterung an die F. S. Regierung erwachsen, der Materialen halber erscheinet aus denen Acten allenthalben so viel / daß in erster Instanz wohl gesprochen / übel davon appelliret / und die Sache an vorigen Richter zu verweisen / jedoch werden Appellanten mit denen Bau-Diensten an den Orten / so nicht zum Lehn-Guth gehdrig / billig verschonet. W. R. W.

Th. XXXVIII. Sed quid si culpa judicis causa pendens remanet, & inter ea lex nova de pendentibus proponitur? videtur quidem, non posse factum judicis juri & justitiæ partium præjudicare, adeoque secundum legem antiquam causam esse terminandam. Veruntamen cum adhuc incertum sit, num sententia ante novam legem prolata, altera pars se victam præbuisse, an potius suspensiva remedia arripuisse, statuendum arbitror, esse judicem hic ab omni partis victæ judicio longe tutissimum. At vero si possit certe riteque à parte condemnata probari, quod, si iudex secundum leges priores maturius pronuntiasset, altera pars judicato huic omnino stare debuisset, (v. c. quia suspensivis remediis ob specialem renuntiationem vel aliam causam fuit exclusus) certi quidem juris est, itidem sententiam secundum legem novam prolatam valere; posse

se tamen partem victam interesse suum, quod una cum culpa iudicis probandum, à iudice moroso exigere: Vel, iudice hoc solvendo non existente, saluberrimo restitutionis beneficio ex Clausula generali respirare.

Th. XXXIX. Altera est exceptio in lege declaratoria sive simplici, sive mixta, id est, partim declarante, partim constituente. Utraque inquam ad negotia præterita spectat. GAIL. 2. O. ult. JASON. C. de LL. n. 11. Cujus ratio est in l. 21. §. 1. ff. Qui test. fac. poss. quia talis modi constitutio non tam novi quid constituit, quam jam constitutum clarius exprimit. Unde nulli quicquam de jure quaesito hic detrahitur. v. GABRIEL. l. 6. de R. J. Concl. 3. n. 10. in Thurnan. Thes. f. 482. Modo LLator verbis, quæ ad præterita quoque possunt referri (secus igitur est si ad sola futura) in lege sit usus, & alias de voluntate superioris declarandi constitet. Quare si in lege vel statuto novo simpliciter dicatur: **Demnach setzen ordnen und wollen wir Kraft gegenwärtiger Constitution und Sakung/** tantum abest, ut ad præterita constitutio hujusmodi pertineat, etiamsi legis, quæ declaratur, mentionem fecerit. Fortasse ideo, quia potius nova, quam declaratoria censetur. MASCARD. de int. stat. C. 13. n. 8. p. 375.

Th. XL. Pari modo si Lex declaratoria est partim pœnalis ipsa quidem qua declarationem porrigitur ad præterita, (th. præc. præ.) non vero qua pœnam. FELIN. C. ult. X. de Const. n. 8. Cui limitationi aliam adhuc superaddit FARINAC. P. 2. Fr. Cr. n. 55. f. 221. Lex, ait declaratoria non trahitur ad præterita, in quibus fuit iudicatum & servatum, contrarium ejus, quod in declaratione continetur. Non enim per hoc revocabitur, quod jam est decisum.

Th. XLI. Interim cautius prudentiusque agere videtur

detur LLator, si declaratoris LL. expresse inserit, ne ad præterita trahantur, exemplo Serenissimi Electoris Joh. Georgii II. b. m. Qui cum constitutionem Electoralem VIII. Part. III. declararet, nolebat tamen declaratoriam hancce Decisionem 47. extendi ad præterita. Patet ratio ex textu: *Als setzen wir hiermit / daß obbemelte Constitution hin- führo / und so bald diese unsere Decisiones publiciret / auch auf den Großvater von der Mutter und Großmutter so wohl Väter als Mütterlicher Seiten / erstrecket / sie zur Succession der Legitima gelassen / von ihnen mit verstanden / erkant und gesprochen werden soll. Wann aber dergleichen Fall und Substitution daß der Großvater von der Mutter / oder die Väterliche oder Mütterliche Großmutter von der Kinder Succession ausgeschlossen worden / albereit bißhero geschehen und vorgangen / soll es / zu Verhütung Streits / bey angezogener Constitution gelassen und quoad præterita dieselbe weiter nicht / als von der Mutter verstanden werden.*

Th. XLII. Tertia fallentia est in lege annullatoria, de qua late PROSP. FARINAC. *f. 221. ad 238.* Scilicet si causa annullationis etiam de præterito obtinuit; secus si ipsa noviter est inventa; quoniam cessante ratione legis, cessat legis dispositio. v. BARTOL. *L. omnes. ff. de J. J. f. 12.* Minus hoc assertum nostrum dubii habet si de extensione ad præterita expresse lex vel statutum statuat. Cujusmodi est species de impio, inhonesto & nefario Pacto commissorio in *l. 3. C. de pact. pign.* Quoniam, edicis Constantinus, inter alias captiones præcipue commissoria legis creseit asperitas, placet infirmari eam, & in posterum omnem ejus memoriam aboleri. Si quis igitur tali contractu laborat, hac sanctione

ctione respiret, quæ cum præteritis præsentia repellit, & futura prohibet. Item de illegitima alienatione Feudi 2. *R. 55. pr.* Nos pleniorum regni utilitatem providentes, non solum in posterum, sed hujusmodi alienationes illicitas hæcenus perpetratas hac præsentia sanctione cassamus, nullius temporis præscriptione impediende. Et tandem in cessione hypothecæ bonorum feudalium, quæ, etiamsi consensu domini acquisita, sine peculiari ejus voluntate alteri à creditore oppignorari aut cedi nequit. Non obstante, quod *MEVIVS 7. Dec. 311. 8. Dec. 284.* & *BRUNNEM, de cessione. C. 1. n. 107. C. 4. n. 87.* asserant contrarium. Ipsi enim videntur respicere potissimum Feuda Pomeranica, & Marchica: nos Saxonica. v. *Goth. L. D. P. 1. C. 18. §. 9.* Quod minus dubium habet in Electoratu Saxonico, propter manifestum Serenissimi Edictum, cassans & futuras & præteritas feudalium hypothecarum cessiones, nisi novus domini consensus accesserit, his verbis: *So lassen wir uns doch derer opinion, so je und allewege an unserm Hofe bisshero gehalten / auch darnach in vorfallenden Sachen sententioniret und erkant / gefallen / die den neuen Consens vor nöthig erachten / und soll sowol in præteritis als in futuris negotiis keine dergleichen cession, ohne des Lehnherrn neue Einwilligung / ohnangesehen der Vorschreibung und darüber zu Anfangs ausgewirkten Consens, vor kräftig erkant werden.* *Edict. Elect. de Cessione. Promulg. d. 1. Febr. 1614. §. und obwohl. referentibus Dn. Richt. Dec. 36. n. 18. & Carpz. 5. Resp. 36. n. 12.*

Th. XLIII. Quarto solet excipi Lex Confirmatoria, partim ex ratione: Lex annullatoria extenditur ad præterita, E. etiam lex confirmatoria; Quoniam contrariorum est eadem ratio, & consequenter idem jus: partim per arg.

l. ult. §. ult. C. de Quadr. prescript. Quamquam hac à sententia discessum faciat Bartolus, & negativam defendat, desumpto argumento ab absurdo ex *l. 25. C. de donat.* quæ licet nudo pacto celebratas donationes confirmat, nullus tamen sine extrema inconvenientia dixerit; Constitutionem illam trahi ad donationes ante factas. Prætereaque pro affirmativa allegatam *l. ult.* nihil quicquam conducere, quippe quæ non tam ob naturam confirmationis, quam verba sensumque legis manifestum ad præterita trahatur.

Th. ult. Si super actu continuo ac successivo, multis partibus constante (v. c. redditione rationum, Processu & similibus) nova lex vel statutum quid ordinant, ipsa qua futuras partes omnino observantur, non autem qua præteritas: Unde BENED. de CAPRA Reg. 6. n. 72. 74. & 75. docet, in Practica semper observari, quod constitutio nova circa actus executionem disponens, locum quoque inveniat in Executione negotii præteriti: nisi executio sit instar accessorii actus præteriti, & ab eo bene se jungi nequeat; ex generali regula: *Quæcumque partes actus successivi cum præteritis individuanam connexionem, ad eas nova lex non porrigitur.* v. MASC. de Int. stat. Concl. 13. n. 54. p. 387. j. gloss. in Clem. 1. de Test.

HISCE EXARATIS QUIESCITE, DIVINO NUMINI
SEMPITERNAS LAVDES CANO, LECTORIS.
QUE BENEVOLI FAVOREM MIHI VOVEO PROPITIUM
ATQUE CONSTANTEM!

COROL.

COROLLARIA.

- (1) Fundamentum J. N. in Socialitate non est querendum.
- (2) Ex L. 3. C. de Quada: præfer. minime probatur, posse in casu necessitatis Principem privato jus quæsitum auferre.
- (3) Pupillus sine autoritate tutoris sui contrahens naturaliter non obligatur.
- (4) Negotiorum gestor ad levissimam culpam est obligatus.
- (5) Non jure modo Sax. sed & Civili obtinet l. 2. C. de R. Vend. in transactionibus.
- (6) Non dantur actiones mixtae.
- (7) Actio pro Socio competit etiam ad divisionem rerum.
- (8) SCri Maced. renunciatio valet.
- (9) Actioni qsi. Servianæ recte opponitur beneficium Ordinis, et si specialis hypotheca fuerit.
- (10) In Jure Civili æque ac Jure Canonico nota est distinctio Sponsaliorum de præfenti & de futuro.
- (11) Usfructuarius naturaliter non possidet.
- (12) Non est simpliciter invalida renunciatio cessionis bonorum.
- (13) Uxor ratione dotis creditoribus anteriorem expressam hypothecam habentibus non præfertur.
- (14) Correi credendi ea, quæ à debitoribus acceperè indistincte tenentur inter se dividere.
- (15) Similiter Correi debendi partem soluti à Correo indistincte poterit repetere.
- (16) Fidejussor furiosi nullatenus obligatur.
- (17) Necessè est ut non solum in novatione, sed & delegatione animus novandi nominatim exprimat.
- (18) Evnuchus non est inhabile Subjectum matrimonii.

- (19) Virgini cui invitæ osculum infertur datur injuriarum actio.
- (20) Denegatur jus protimiseos, si quis non in propriam, sed alterius utilitatem bona retrahit.
- (21) Residuum stipendii miles à Scriba militiæ aut ejus hæredibus, quippe qui saltim fuit Procurator Tribuni militis, nequaquam potest exigere.
- (22) Ad certum tempus facta fidejussio extinguitur prorogatione Termini solutionis, neglecto fidejussoris consensu.
- (23) Fidejussori indemnitas competit beneficium Ordinis, licet ipsi specialissime renunciaverit.
- (24) In Feudis Ecclesiasticis foemina non succedunt.
- (25) Facta bonorum Feudalium executio morte debitoris extinguitur, neque ipsa agnatis ac simultaneè investitis, etiamsi ad actum executionis citatis, quicquam præjudicat.

L Ex nova civilis non curat facta suorum
 Præterita : ast virtus inclyta vertit opus ;
 Præteritum digno meritum compensat honore
 Cultori, & justa sic dare lege jubet.
 Tempore præterito Mühlportus dignus honore,
 Huncce nova felix Ordine lege capit.
 Gratulor eximis ! mox crines purpura cingat,
 Præmia doctorum non peritura precor !

Nobil. DN. DOCTORANDO,

PRÆSES.

Ima-

* (o) *

Imagines olim fuisse non parvos
Stimulos ad altiora, tota restatur
Historiarum turba prisca. Sed longe
Quod hinc eamus haut opus, sibi namque
Hic Candidatus Noster & Patrem clarum
Avumque nobilem, simulque laudandum
Fratrem fideliter sequi, suo corde
Proposuit. Detergo summus humanas
Vices gubernans Rector, ut brevi sparta
Potiaris, atque practicis tuis demum
Studiis per orbem clarus audias, inque
Patriæ decus Patrisque splendidum nomen
Crescas, suavis atque conjugis fausto
Consortio fruaris. *Annua Numen!*

Ita vovet

Petrus Müller / D. & P. P.

Qui felix properas patris per artes,
Et gestis patrios mereri honores,
Et gestis patriæ decus vocari:
O scande egregiam bonus cathedram,
Ut victor celebres feras honores.

gratulabundus scilicet.

J. Philippus Slevogtius,
D. & P. P.

Vidimus ingenii specimen nostrumque Lyceum
Est demiratum pandentem civica Jura,
MÜHLPHORTVM; celebris qui nunc vestigia Patris
Exprimit, & primo virtutem strenuus ævo
Exerit, ut vel avum redivivum cernere dicas,

Sidere

* (o) *
Sidere felici Themidos dum pulpita clara
Et petit, & meriti deposcit præmia honoris.

gratulab. scribeb.

Johannes Frischmuth, P.P.

Dum MülPHORTE petis supremos juris honores,
En! Musæ plaudunt, candida quæque vovent.
Ipsa Themis nitida velat tibi tempora Myrtho,
Sic promovent laudes orbis & astra Tuas.

Nobilissimo atque Consulissimo Domino

Affini suo

P.

Johan. Christian. Schrœter:

Sæctaris Patrias fausto conamine laudes
Frater, & Astrææ juxta sacra jura tueris
Inveterata Domus antiquæ pignora nostræ.
Gratum opus & Patri, & Te tali sanguine dignum!
Turpis posteritas patriique effœta decori
Ecce! superba pati rigida stantidia lingvæ
Cogitur. Ast veteres factis extendere laudes,
Hoc virtutis opus, quam semper gloria circum
Ampla volat pennis cuncto metuentibus ævo
Dissolvi. Grator Tibi tota mente mihiq;
Et condigna, opto, meritis ut præmia carpas.

Christoph. Vertherus Mühlpfort/
Philos. & LL. Stud.

SOLI DEO GLORIA.

Kd 118.

8^m


ULB Halle
002 174 405

3



W 118





B.I.G.

Farbkarte #13

DISPV TATIO INAUGVRALIS,
DE
**VI LEGIS IN PRAE-
TERITVM,**

Occasione L. 7. C. de LL.

GERMANICE:

*Von der Krafft derer neu-errichteten rechtli-
chen Gesetze; Wie weit sich solche in allen Rechten auf
die Fälle der vorigen Zeiten erstrecken.*

QVAM

AVTORITATE INCLYTI ICTORVM SENATVS,
PRAESIDE

VIRO MAGNIFICO ATQVE PRAE-NOBILISSIMO,
DOMINO

NIC. CHRISTOPH. LYNCKERO,

ICTO FAMIGERATISSIMO,
CONSILIARIO DVCVM SAXONIAE SPLENDIDISSI-
MO, ANTECESSORE HAC IN SALANA EXCELLEN-
TISSIMO, COLLEGII IVRIDICI SENIORE, CVRIAE
PROVINC. SCABINATVS AC FACVLTATIS IV-
RIDICAE ASSESSORE GRAVISSIMO,
DN. PATRONO AC PRAECEPTORE AETERNVM DEVENERANDO,

PRO LICENTIA

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES, EORVM-
QVE PRIVILEGIA RITE CONSEQVENDI,
PVBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE SVBMITTIT

CHRISTIANVS HIERONYMVS Mühlpsfort /
IENENSIS.

DIE IVNII A. 1681. AVDITORIO ICT. HORIS ANTE ET POMERID.

IENAE, Recus. apud IO. BERNHARDVM HELLERVM, 1733.